Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



assentire nobis et commiscere
nobiscum. Quod si nolueris
dicimus testimonium contra te
Quod quidam fuerunt tecum in
uenerunt habentes causam emule
ris puellas ate. Insuper su
sanna et ait. Augustae mihi sunt
undique et quid eligam ignoro. Si
enim hoc egero mors mihi est. Si
autem non egero non effugiam ma
nus uestras. Sed melius est mihi
absque opere incidere in manus
uestras quam peccare in conspec
tu domini. Et exclamauit voce
magna susanna. exclamauit
autem et senes aduersus eam et cu
currerunt uiri et aperuerunt ostia po
meri. Cum autem audissent cla
morem in pomerio festinauerunt
per posticum ut uide
rent quid nam esset. Postquam
autem senes locuti sunt erubuerunt
serui uehementer quia nunquam
dictus fuerat seruo huiusmodi
de susanna. Et facta est dies ter
tia. Cumque uenisset populus ad
uirum eius ioachim uenerunt
et duo presbiteri plenum iniqua
cogitatione aduersus susannam
ut interficerent eam. Et dixerunt
coram omni populo. Mittite ad
susannam filiam helchie uxo
rem ioachim. Et statim miserunt.
Et uenerunt cum parentibus
et filius et uniuersis cognatis suis
Porro susanna erat delicata ni
mis et pulchra facie. At iniqui
illi iusserunt ut discooperiretur
erat enim cooperta ut uel sic sa
tiarentur decore eius. flebant
igitur sui et omnes qui nouerant
eam. Consurgentes autem illi
duo presbiteri in medio populi
posuerunt manus suas super caput
eius. Illa flens suspexit in ce
lum. Erat enim cor eius fidu
ciam habens in domino. Et dixerunt
presbiteri. Cum deambularemus
in pomerio soli. ingressa est hic
cum duabus puellis et clausit ho
stium pomerii et dimisit puellas.
Venit ad eam adolescens qui erat
absconditus et concubuit cum ea
Porro nos cum essemus in angu
lo pomerii uidentes iniquitatem
cucurrimus ad eos et uidimus
eos pariter commisceri. Et illum
quidem nequiuimus comprehen
dere quia fortior nobis erat et ap
to ostio exiliuit. Hanc autem cum
apprehendissemus interrogauimus
quisnam esset adolescens. noluit
indicare nobis. Hunc rei testes
sumus. Et credidit eis multitu
do quasi senioribus populi et iudici
bus et condempnauerunt eam ad mor
tem. Exclamauit autem voce
magna susanna et dixit. Domine
deus eterne. qui absconditorum
es conditor qui nosti omnia antequam
fiant tu scis quoniam falsum tes
tes contra me tulerunt testimonium
et ecce morior cum michi horum fe
cerim que isti malitiose composuer
unt aduersum me. Exaudiuit
autem dominus uocem eius. Cum